ANGELOMUS LUXOVIENSIS
Salzburg, St. Peter, um 850/859 Seite 17r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

in fructu habent in radice, ex qua germinentur.

ET UIDIT DS QD ESSET BONUM. ET CETERA; v. 12.

Si ergo herbae, & fructus terrae & ligna pomifera bona sunt & dictum est. uidit ds cuncta, quae fecerat, & erant ualde bona; & ad extremum subiungitur: requieuit ds ab omnibus operibus;

Quid de herbis uenenosis & linguis nociuis dicendum e? & quid est, qd ad adam ait de spinis & tribulis: terra tua spinas & tribulos germinabit tibi? nisi ut intellegat, qui proponit quia n absolute dictum est: tra spinas & tribulos germinabit sed ait tibi, ac si dicere &: Incipiat tibi germinare ad exercitium laboris; quae prius germinauit pabulum ad usum iumentorum & bestiarum; nisi enim peccasset & nequaquam noxia illi terra germinaret; unde apparet & quia post peccatum illius coepit terra spinas gignere; nam de herbis, arboribus que uenenosis, & nociuis sciendum, quia ualde bona condita sunt; Quia, si n prebent escam ministrant medicinam; & si no bis noxia uidentur, feris & auib: innoxiae sunt; quia eis p bent pabulum: licet nob non p beant alimentum; Et ideo sic dictum e: omnis creatura ualde bona condita est;